

in potestate Episcopi; "Cui, ait, est *omnis* populus creditus, & *corum anima*, quae in Ecclesiam convenient." 11.

Hanc totius populi curam Episcopis incumbentem evidentes SS. Patres Episcopatum esse onus humeris Angelicis formidandum dicere haud dubitamus; eosque ad indefessam ac vigilem gregis custodiam hortati fuere. "Estote ergo in persona Joannis Episcopi prima Justitia, manu ad omnes Episcopos, in custodia communis gregis, vigilantes atque solliciti, & disciplina zelo districti; ne ludicri infideli nec Ovile Dominicum turbare, nec nocere oviibus aliqua fraudis occasione praveleat. Animarum lucrum Deo nostro tota mentis intentione facere solitane: non enim vos Pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite." lib. 4. epist. 8.

III. Verum quidem est, ipeccata Diocesum latitudine & extensione, qua sepe etiam centena hominum milia complebitur, solum Episcopum haud posse omnem totius Diocesis populum actu & continuo pascere ac dirigere, eaque omnia facere, quae ad spiritualiter totius populi curam & Diocesis regimen requiruntur: ideoq; necessarium fuisse, ut plures sint inferiores Sacerdotes & ministri, qui una cum Episcopo populi curam atque Ecclesie regimen iusquiant. At hæc inferiorum ministrorum cura ac sollicitudo nequaquam Episcopum à totius Diocesis cura eximunt. Ipse namque est & manet totius Diocesis Caput & principalis minister, cui omnes inferiores adiutores & ministri accedunt, cum quædam ad ipsum Episcopum, in his quæ Ecclesie regimen, & functiones hierarchicas speant, dependentia & subjectione.

IV. Unde Ordinando Presbyteros, ex prescripto Pontificis Romani ita alloquitur Episcopus ordinans: "Tales esse itidear, ut in *adjutorium* Moy & duodecim Apostolorum, Episcoporum videlicet *Carbolorum*, qui per Moysem & Apostolos figurantur, digni per gratiam Dei, eligi valeant. Itaque Filii dilectissimi, quos ad nostrum *adjutorium* Ecclæstrum nostrorum arbitrium consecratos elegit, servate in moribus vestris castæ & sanctæ virtutis integritatem."

Poët hec orat Deum his verbis: "Quapropter insisteri quoque nostræ quæsumus, hæc *adjumenta* largiri, re, qui quanto frägiliores sumus, tanto his pluribus indigemus."

Itaque constat, Sacerdotes in solum *adjutorium* Episcoporum ordinari, non quod Episcopi à cura eximantur, sed in cura sustinenda adiuvantur.

V. Quin & omnia Ecclesiæ ministeria, & Ecclesiastica Officia, sive dignitates, sive Beneficia, juxta modernum loquendi usum, & Ecclesiæ disciplinam dixeris, in *adjutorium* Episcoporum instituta sunt, atque ipsum Episcopum, in his quæ regnum Ecclesiae, & curam populi concernunt, tamquam superiorem; & cui primario cura incumbat; & à quo tamquam è fonte omnis Ecclesiastica potestas in inferiores Ministros dirivatur, sufficere tenentur.

Hinc illud viri Apostolici S. Ignatii Martyris: "Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiæ spectant; & honora Deum, ut omnium auctorem & Dominum; Episcopum vero, ut Primum Sacerdotum; imaginem Dei referentem: Dei, inquam, propter Principatum, Christi vero propter Sacerdotium." Epist. ad Trailes.

Item illud Canonis 38. Apostolicis Presbyteri & Diaconi, in fine licentia Episcopi nihil pertinet: ipse enim est, ait, cuius fidei populus est creditus, & à quo pro animabus ratione exigetur.

VI. Quapropter nulla, quantumvis generalis ab Episcopi jurisdictione, cuicunque seu persona seu corpori aut congregationi indulta exemptione, eximit à dependentia & subjectione Episcopali in his quæ curam populi & regimen Ecclesiæ concernunt, infra ubi de exemptione Regularium, & ea occasione etiam Canonorum agendum erit, ostendetur.

VII. Ulterius eodem ex principio profuit, vulgatissimum illud ac fundatissimum Canonistarum principium, minimum, Episcopum esse de jure communis collatorem Beneficiorum in sua Diocesis; ideoque qui aliquid Beneficii collationem ad exclusionem Episcopi sibi competere afferit, debere probare titulum, vi cuius contra jus commune collatio ipsi, exclusio Episcopo competit. Cum enim totius Diocesis regimenter illi incumbat, me: ito etiam electio Ministrorum, quales sunt omnes Beneficiati, ei concreta censetur; sed de hoc latius in secunda parte hujus operis, ubi de Collatione Beneficiorum agetur.

VIII. Similiter, quia Episcopatus *plenitudinem* Sacerdoti habet; atque ex ejus plenitudine in inferiores ministros defuit, nemo ea quæ *Curam animarum* respiciunt in ejus Diocesi exercere potest, nisi auctoritate & facultate ab Episcopo accepta.

Quare Archidiaconum Eliensem reprehendit Alexander III. in Cap. 4. De officio. Archidiac. quod obtenti consuetudinis sine licentia & mandato Episcopi *Curam animarum* committere presumat: "Cum falsis sit absurdum, ait, & à *Sanctorum Patrum* institutionibus alienum, ut Archidiaconus auctoritate propria debeat cuiilibet Ecclesiæ *Curam* committere."

IX. Quid & moribus Belgiorum consonum est. Licet enim Archidiaconi quidam, aliquæ nonnullæ ex privilegio velantia consuetudine prætendant non tantum quorundam Beneficiorum collationem, sed etiam eorum institutionem *authorizabilem*, sive *tituli collativam*. *Curam* tamen animarum ab Episcopo habendam esse concedunt, & licet vi collationis aut institutionis accepte possessionem corporal ipsius Beneficii accipere possit Beneficiatus, nequaquam tamen his, quæ *animarum Curam* pœtant, se posse sine licentia Episcopi immiscere concedunt; & usu notorio cōprobatur.

CAPUT II.

Episcopi jure Divino tenentur ad residentiam, & qualis debeat esse illa residentia?

- 1 Ex Cura Pastorali sequitur obligatio residentiæ.
- 2 Consequentiā hanc probat Synodus Tridentina.
- 3 Eodem jure, quo Episcopo incumbit *Curam animarum*, etiam incumbit necessitas residentiæ.
- 4 Nullus Antiquorum negavit Episcopos jure Divino ad residentiam teneri, idque Synodus Tridentina sat patenter declaravit.
- 5 Sancti Patres non ex positivis Decretis sed ex Sacris Litteris necessitatēs residentiæ adstrinxerunt.
- 6 Episcopi non ex iniunctu a residentia substituendo Vicarios.
- 7 Nulla in veterata consuetudo Episcopos à residentia excusare potest.
- 8 Synodus Tridentina veteres Canones circa residentiam tamquam numquam abrogates innovat.
- 9 Nulla eminencia persona Episcopum a residentia excludit.
- 10 Residentia merè corporalis non sufficit, sed debet esse laboriosa.
- 11 Ipsum verbum RESIDERE id etiam importat.
- 12 Canones loquuntur non de residentia otiosa, sed laboriosa.
- 13 Etiam Pastores mercenarii corporaliter resident, & de hac re discursus Bartholomei De Martyribus.
- 14 Decretum Synodi Aquitanensis contra otiosam residentiam Episcoporum.

I. Uxta in veteratam & hastenus conservatam Ecclesiæ disciplinam, Episcopi singuli in sua Ordinatione certæ Ecclesiæ deputantur, in qua actualiter officium Episco-

Episcopale obant; è qua particulari deputatione & applicatione fat patenter oritur ipsa Episcoporum in sua Ecclesia residentiæ necessitas.

Cum enim quis ad Episcopatum promovetur, unâ fit Pastor & minister, Christique locum in Ecclesia accipit in ea parte, in qua legitime fuerit per Ecclesiam constitutus; quæ omnia cùm sint personalia ipsi personis alligata, residentiæ personalis obligationem secum trahunt.

II. Quapropter Synodus Tridentina residentiæ necessitatem Episcopis aliisque Ecclesiæ Rectoribus persuadere & inculcare volens, munia illa personalia Episcopis aliisque Ecclesiæ Rectoribus incumbentia proponit; atque ex illicis obligationem residentiæ sua sponte profluentem educit.

"Cum *præcepto Divino* mandatum sit omnibus, ait, quibus animarum cura commissa est; oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia Pastoralia incumbere; que omnia nequaquam ab iis præstari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, nec assistunt, sed mercenariorum more deferunt: Sacro-Sancta Synodus eos admonet & adhortatur, ut Divinorum Praeceptorum memores, factique forma gregis, in judicio & veritate pascant & regant." Seß. 23. cap. 1.

III. Itaque eodem titulo, eodemque jure obligari Episcopos ad residentium credit Synodus, quo eis injunctum est, ius incumbere, quibus sine personali apud gregem residentia satisfacere nequeunt.

IV. Nemo proinde miretur, ut ex Cajetano refert Fagnanus ad Cap. EX PARTE De Cleric non resid. num. 21. quod "nullus Antiquorum contradicebat, quin Pastores animarum tenerentur *præcepto Divino* ad personaliter residentium." Quam veterum sententiam contra quodam Neotericos solidissimis ac convincitibus rationibus astruit ibidem Fagnanus: unâ advertens & ostendens, quod licet Synodus Tridentina eam sententiam verbis formalibus & in terminis expressis, ut ajunt, non definiverit, nihilominus sufficienter eam in allegatis verbis insinuaverit, & virtualiter declaraverit: declarando nimurum, quod illa omnia, quæ *præcepto Divino* Episcopis aliisque Curam animarum habentibus incumbunt, nequaquam ab iis præstari & impleri possint, qui gregi suo non invigilant neque assistunt; sed mercenariorum more deferunt.

V. Et sane residentiæ necessitatem non ex Ecclesiæ positivis Decretis, sed ipsi Sacris Litteris, & ipso Pastorali officio Patres astraruerunt.

"Nostri (inquietabat S. Athanasius ad Constantium Imperatorem) ex letione Scripturarum, quanti sceleris sit, Episcopum Ecclesiam suam deserere, & negligere gregem Dei. Pastorum enim absenta lupus invadunt gregis occasionem præstat. Si fugiunt, quam excusationem apud veteros Episcopos, vel potius apud eum, qui mihi hunc gregi credit, habuilem?" Apol. ad Constantium.

VI. Nec obstat si dicatur, Episcopi possunt hæc munia exercere per Vicarios & alios Episcopos pauperes: quoniam, ut verbis utar Cajetani relatis à Fagnano loco citato, n. 44. "Abusus est detestabilis, ut pauper Episcopus relicta luâ Ecclesiæ alteri deferviat: cum singuli Episcopi teneantur ad hæc omnia per se explenda in sua Diocesis."

Insuper Episcopus pauper vel titularis non est proprius hiujus populi Pastor, sed alienus; "at gressus à Domino jubetur paci per proprium Pastorem, non per Mercenarium ad quem non pertinet de oib; ait enim Dominus Joan. 10. Qui autem intrat per ostium Pastor est ovium; cuius vocem oves eius audiunt; & proprias oves vocat nominatim & educit eas. Et eis proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eis, alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo, quia non novierunt vocem alienorum."

Van Espe Jr. Eccl. P. I.

Hæc ibi: "Pondera singula verba, (ait Fagnanus n. 42.) quoce evidenter demonstant, officium Pastoris animarum esse omnino personale ex *præcepto Evangelico*, nec posse ex sui natura per alium adimpleri."

Adhaec, quid certius, uti rursus adverit Fagnanus, quæ in electione ad Episcopatum considerari industriam & qualitatem personæ? In his autem in quibus personæ industria requiritur, & attenditur, operam Vicariam non admitti in confessio est: Unde merito hic applicatur dictum S. Bernardi de relatum ab Hostiensi in Cap. EXTIRPANDÆ De præb. Quiper Vicarium inservit, per Vicarium remunerabitur.

VII. Quemadmodum ergo nulla, quantumvis in veterata consuetudo seu potius corruptela efficere potest, quin Episcopi debeat attendere sibi & universo gregi, in quo eos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei; nec non implore, quod ipsi in persona Timothei dixit Apostolus: Tu vero vigila, in omnibus labore, opus fac Evangelista, ministerium tuum imple, ita nec consuetudo sufficiens est, ut à residentia, sine qua illa præstari nequeant, excusat.

VIII. Unde Synodus Tridentina sciens Canones residentiam Episcopis praescribentes, ius Divinum potius, quæm possumit continere; ideoque hac in parte consuetudine quidem conculcati, sed aboliri haud posse, non dubitabit, antiquos Canones, qui temporum atque hominum *injuria* penè in desuetudinem abiecent, adversus non residentes promulgatos innovare; quemadmodum, ait, virtute præsentis Decreti innovat." Seß. 6. cap. 1. De reform.

IX. Ut temporis lapsus, ita nec personæ eranens qualitas à gregi sui custodia & Pastorali sollicitudine, ac consequenter neque à residentia eximere Episcopos sufficit.

Quod probans Synodus Tridentina declarat, "omnes Patriarchalibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Ecclesiæ quibuscumque, quocumque nomine & titulo praefectos, etiam si Sanctæ Romana Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Diocesi residentiam, ubi injunctione sibi officio defungi teneantur." Seß. 23. cap. 1. De reform.

X. Verum, quia ipsa Episcoporum residentia corporalis, parum prodesset, nisi etiam residentes se Pastores & Rectores Gregis commissi ostenderent; atque ea obirent, ob qua ipsa personalis residentia præcipue exigitur, merito Synodus Tridentina necessitatem residentiæ inculcans; Canonesque adversus non residentes innovans; aliaque pro eorum meliore executione adjungens, omnes Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus quibuscumque, quocumque nomine ac titulo praefectos monit ac monitos esse voluit; (Seß. 6. cap. 1. De reformat.) "ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilent sicut Apostolus precipit, in omnibus labore, & ministerium suum impleant; implere autem se nequaquam posse scient, si greges sibi commissos, mercenariorum more deferant, atque oib; suarum, quarum sanguis de eorum est manibus a supremo iudice requirendus, lupus minime incumbant; dum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedit & Pastor necfit."

Et in alio suo de residentia Episcoporum Decreto, non solum ex Officio Pastorali Episcopis incumbente, residentiæ necessitatem consequi ostendit, sed insuper declarat, eos obligari ad personali in sua Ecclesia vel Diocesi residentiam, ubi injunctione sibi officio defungiteneantur.

Ex his per quam manifestum est, non localem & corporalem dumtaxat presentiam requiri Synodum; dum Episcopos ad residentiam obligari declaravit, & edxit; sed laborosam, id est, ut tamquam veri Pastores gregi suo attenderent & in vigilarent, in omnibus labore, mini-

ministerium suum implerent; atque ovium suorum, quatum sanguis eorum est manibus à supremo iudice requierendus, custodie incumbant; & easque à lupis defendant & praeferunt.

XI. Quin & ipsum verbum *residere*, ut post alios Canonistas notat Fagnanus de residentia Canonicorum differens, "accipendum est cum effectu, id est, Ecclesia in divinis officiis defervire: Nam residentia debet esse *laboriosa*, non *defensiva*, cum Beneficia ad divinum cultum & Ecclesiastica munera obvinda sint constituta." *Ad Cap. LICET De Prebend. Num. 2.*

XII. Quapropter si expendantur Canonum atque SS. Patrum de necessaria Pastorum, ac praesertim Episcoporum residentia dicta & decreta universa, apparebit, non mere *lotaalem* ac *otiosam* apud Gregem praeventiam, sed *laboriosam* & *in vigiliantem* urgingi & desiderari.

Unde nec Ecclesia in Ordinatione, seu consecratione Episcopitum ad residentiam, sed laborem Episcopos mittit, dum Ordinando dicit: *Vade & predica populo tibi commiso: Quasi diceret, non tantum ad populum vade, sive accede ut praesens ei sis, sed predica, id est, labora, ut infra latius exponetur.*

XIII. Et quid magnum esset, nudam ac sterilem residentiam seu praeventiam Episcoporum obunere, cum h.e.c in illis, quos Christus odio nomine *Mercenariorum* exigit, etiam reperiatur. Ni enim gregi suo aduersent, non dicerentur fugere dum vident lupum venientem; quemadmodum pie & docebat Bartholomeus De Martyribus Archiepiscopus Bracarensis, *Vir* (fatente Palavicino) *lib. 15. hist. Conc. Trid. cap. 11.*) *sancitate doctrinaque spectabilis*, dum in ipso Concilio Tridentino super formando Decreto de residentia Episcoporum suum suffragium deponerent. Discutsum dignum iudico quin gratiam Lectoris integer hic referatur.

"Ex Praeatis plores qui ante me locuti sunt, plus satis & magno numero exhibuerunt loca Conciliorum & SS. Patrum, speciatimque S. Thomae, è quibus videre est, residentia Pastorum & in dispensabilem, & *juris Divini*, esse. Sed si quod in animo est, mihi licet verbis enuntiare; infelices profecti videamus, quod super hoc negotio sententiam am proferre debeamus. Quò enim, eheu! Ecclesia redacta est, silli ipsi, quos Deus protrectores & custodes ejus constituit, incumbantè ipsi obligatio cum ipsa fideliter remanendi, in dubium revocet? Intolerabili nobis fore, si quispiam vel dubitaret solum, teneaturnè fidelis famulus parvus sua cura conanissi, Pastor gregi suo vel mater filio quem lactat, fideliter adhætere; dubitamus, an Deus, qui Curam commisit nobis filiorum suorum; quorū, teste Paulus, simul & Pastores & patres & matres sumus, in dispensabili vinculo ipsi adhærendi nos adstrinxerit? Pastores vocat S. Ambrosius Vicarios amoris Christi, *vicarii amoris Christi*, vultque, quemadmodum Christus ipsos heredes efficit Sacerdotii sui, ita hanc & imitatores perfectae ejus charitatis. Propterea à sancto Petro & in Petri persona ab omnibus Pastoribus, antequam Pastorem agnorum suorum cum constitutat, triplicem amorem expressit. An ergo dubitabimus, teneamurne cum illis manere, pro quibus omni momento ipsam etiam animam posse paratos nos esse oportet? Disceptamus an nostra praesentia ipsi debita sit, cui tamen difficeri nequaquam possimus, vitam nostram ipsorum magis quam nostram esse. Qui igitur audient quidam prætendere, in his nos & nimis multa expectare & quodammodo excedere? Econtrario hac super re dicere nobis licet quod dicebat olim Diversus Bernardus Eugenio Pontifici: *Non fortia loquimur, sed possibilia: non exhibemus hic quod maximè perficimus est; sed tantum quod possibile.* Nè nobis abblandiamur, nè nos ipsos decipiamus, maximum malum, & velet existimamus, magnum crimen Episcopo est, non resdere; sed hinc non sequitur, laudabile esse valde, quod resfideat. Ita non laudatur propterea famulus quod semper

"adit herbo suo, nec Gubernator, quod locum suum non deferat, neque Medicus, quod argo suo fideliter assit. His quidem omnibus necessaria est præsentia ut officio suo fungantur, sed sola non sufficit, alia insuper conditions defiderant, quas assida illa, & exterior præsentia suppleri non potest. Dum ergo optamus residentia stabilitur tamquam indispensabiliter trahens secum obligatio, non requiri, ut Ordo Episcopalis primæva & antiqua sua perfectioni restitatur, quemadmodum diunt quidam nos velle, sed solummodo, ut ab eo maxima & maximè omnium pudenda exulet in ordinatio: maxime, inquam, omnium prædicta: cum Pastores infra ipsammet mercenariorum conditionem, que tamen & coram Deo, & coram hominibus adeo contemptibilis est, deprimat, deturbetque. Propterea gemens & suspitans, ait quidam Ecclesia Pater, *damna Salvator Pastores mercenarios*, sed utinam Ecclesia hodie vel *mercenarios* haberet qui eam regent. Mercenarius enim, saltum prout cum nobis exhibet Evangelium, apud gregem suum manet, cum fugiat dum videt lupum venientem, qui certè non fugeret, nisi ovibus aduerserit. Sed hodie Pastores ut gregem suum deferant non expectant donec veniat lupus, quasi ad eos nihil de ovibus pertineat, propria sponte dimittunt, nihil solliciti, an hostis ille animalium eas dispergat, capiat, dilatiet, nec ne. Preventi illi inhumanitate, & negligencia sua, quod mercenarii non nisi rimentes & periculo tam propinqu exequuntur. Insuper mercenarius, ut loquitur Augustinus, etiam dum fugit apud gregem manet: fugit enim à facie Dei, non à loco in quo est, dum innocentiam & veritatem derelicit, dum timiditas, qua possideatur, linquam alligat, impeditque ne & agat & loquatur ut eas defendas. Fugisti, quia tacisti, inquit iste Sanctus, tacisti, quia timuisti. Amoveamus igitur ab Ecclesia tam cognitos opprobrium. Ne sinamus ut Episcopi qui eam regunt infra mercenarios ipsos deprimantur; dicamus simili, residentiam & iuris Divini esse & indispensabilem. Lacrymas abstergamus Ecclesiae matris nostrarum, que undeque filios suos à patribus derelictos circumspicit. Sistimus tandem tam horrendam inordinationem & dissolutionem, que tam multarum aliarum fons est & origo, ne si adhuc dissimilemus, dum Deus eam in ira sua considerat, dum eam probi omnes cum gemitu deplorant; dum eam irridet heretici; de Ecclesia dicatur, quod plaga ejus incurabilis facta sit & desperata; cum nec mala sua, nec remedia perferte valeat." Exstat in ejus vita Gallicè scripta lib. 2. Cap. 11.


XIV. Concludamus ergo cum Patribus Concilii Aquileiensis anni 1566. Tit. *Derefd. Episcoporum*, "Quod de residentia Episcoporum à Sacro Tridentino Concilio & summorum Pontificum Constitutionibus cautum est, hoc non est intelligendum, ut præsentia assident, nihil praeter ea agant: cum ex Sacris Canonibus residentia sit accipienda in eum sensum, ut sit *laboriosa*, non *otiosa*. Id quod duobus præsertim Tridentine Synodi verbis egregie exprimitur, ut *pascant & regant*: quorum primum ad vitam innocentiam, ad salutarii verbi prædicationem, ad Sacramentorum administrationem, & bonorum operum exemplum pertinet: secundum ad disciplinam restituendam, ad mores purgandos, & juris Ecclesiastici ditionem, ad bonorum laudem & vindictam malorum sustinendam spectat. Utrumque si præstiterint Episcopi, fas illa, que sunt Episcopalis munera, videbatur præstuisse & implessisse."

Van Espen fur. Eccl. P. I.

CAPUT VI.

De legitimis causis absentia Episcoporum à suis Dicecibus.

- 1 *Interdum Episcopus plus potest prodeesse absens quam præsens.*
- 2 *Bonum universalis Ecclesia interdum absentiam requirit.*
- 3 *Synodus Tridentina nonnullas absentia causas probat.*
- 4 *Quinam ex Decreto Concilii Tridentini de causa absentia cognoscere debeant?*
- 5 *Indulgencia absentia est quadam species dispensationis.*
- 6 *Regula observanda in dispensatione, etiam his servari debent.*
- 7 *Notandum hac de re Concilium Toletanum anni 1566.*
- 8 *Bonum Ecclesia universalis non est legitima absentia causa, si illud per alium procurari possit.*
- 9 *Residentes in Curia Romana & Curis Principum non semper à residentia excusantur.*
- 10 *Synodus Tridentina permittit Episcopis duorum vel trium mensium per annum absentiam.*
- 11 *Ut licet hac licentia Episcopus utatur, debet subesse justa causa, qua an subdit ejus conscientia relinquatur.*
- 12 *Cavendum, ne in solemnibus Festis ab Ecclesia sua ab sit.*
- 13 *Quando corporaliter abesse coguntur, curam tamen gregis ui negligere non possunt.*
- 14 *Quandonam ob imminentem persecutionem Episcopi Ecclesiam suam deserere possit?*
- 15 *Quinam spiritualiter fugere censeantur, licet corporaliter suogregi assistant?*
- 16 *Quomodo hodi tures fugiant & deserant spiritualiter gregem suum, & lupus exponant?*



I. pilicos aliasque Curam animalium habentes, teneri jure divino ad residendum in suis Ecclesiis, sive Dicecibus vel Parochiis, ubi inuncto sibi officio defungi queant, in precedentibus ostendimus; una

quoque probavimus ex mente Ecclesie residentiam requiri

non mere corporalem & otiosam, sed *lotaalem*, id est in

Ecclesie & gregis sibi communis utilitatem ac profectum.

Si ergo Episcopus, aut Pastor sua absentia interdum queat plus Ovibus suis prodeesse, quam *corporali* sua præsenta; indubie intentione Ecclesie requirentis residentiam contraret, si tali casu localem præsentiam absentia corporali præferret.

II. Adhuc, cum bonum universalis Ecclesie nonnumquam præferri debeat commodo particularis Ecclesie, contingere quoque p. est, ut particularis Ecclesie debeat corporali sui Pastoris præsenta, etiam si cum aliquo forsan suo in commodo, catere, si id bonum notabile universalis Ecclesie exigat.

III. Hinc Synodus Tridentina postquam omnes quamcumque dignitate etiam Cardinalitia fulgentes Patriarchalibus, Primatibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Ecclesiis præfeci, s. ad residentiam obstrictos dixit, declarat quidem eos ab Ecclesiis hanc polle abesse, sed cum hac claufula: "Nisi ex causa & modis infra scriptis, id est: cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesie vel Reipublice utilitas aliquos nonnumquam abesse postulant, & exigunt."

IV. Verum num Christiana charitas, urgens necessitas, vel evidens Ecclesie, aut Reipublice utilitas absentiam requirant, Synodus noluit proprio Episcoporum iudicio permettere, sed decernit: "Has legitime absentie causas à Beatusissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitanis, vel eo absente, Suffraganeo antiquiori resideante, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, in scriptis esse pro-

"bandas; nisi c. in absentia incidet: propter aliquod munus & Reipublice officium, Episcopatus adiunctum; cuius quoniam causæ sunt notoria, interdum repetitæ, nec eas quidem significari Metropolitanu necessæ erit: ad eundem tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de Liscentiis a se, vel à Suffraganeis datis; & videre, ne quis eo iure abutatur; & ut penitus Canonis errantes puniantur."

V. Porro, quia indulgentia absentia, quedam est quasi dispensatio in regula, quæ residentiam præscribit; ideo qui causis absentia examinandis præsunt, quique iis uti volunt, regulas in materia dispensationu à Patribus & Sacris Canonibus præscriptas & traditas attendere & observare debent.

VI. Debent itaque ante omnia expendere, num bonum quod ex absentia preventum speratur, prævaleat incommodis, quæ Pastoris absentia secum trahere nata est: quam regulari in dispensationibus sequendam post Patres & SS. Canones tradit doctissimus ac sanctissimus Canonum Collector S. Ivo Carnotensis in suo eruditio Prologo Decreto prefatio: "In his, ait, quæ propter rigorem discipline vel munieram salutem Posteriorum sanxit diligentia; honesta vel utilis sequatur compensatio, potest procedere auctoritate Præsidentium diligenter deliberata dispensatio." Id est, si incommodum quod secum trahit Canonum infraactione, compenetur per bonum quod ex dispensatione preventum speratur, honesta ac utilis sequatur dispensatio.

VII. Sapientissime proinde Patres Concilii Toletani anni 1566. act. 2. decreto i. declarant conformiter ad Synodum Tridentinam, "quod non *quavis* causa, que vel ad Christianam charitatem, urgente necessitate, debitam obedientiam, evidentem Ecclesie vel Reipublice utilitatem, cuiquam pertinere videbitur, à residentia excusare debeat; sed ea tantum, que Superioribus *diligentissimo examine*, *mature judicio, exactaque* censura sic probata fuerit, ut *vere* seclusa omni indolentia, aliqua ex prædictis ratione dubio procul, iusta sit *omnino* censenda: atque ei utilitati, quæ ipsius Pastoris præsentiam exigit, & quæ non potest non esse publica, sit *nihilominus preferenda*."

VIII. Adhuc expendendum, num illud bonum, quod absens Episcopus Ecclesie, aut Reipublice præfatur, per alium Curie animalium non incumbentem, haberi nequeat.

Si enim bonum Ecclesie aut Reipublice, quod ex absentia Episcopi speratur, aliunde haberi non minus queat, causa sufficiens non erit legitima absentie: quandoquidem non requiretur absentia Episcopi eo casu, ut bonum illud Ecclesie procuretur; cum supponatur sine ejus absentia illud haberi per alium posse.

Hunc principio insistens Cardinalis Cajetanus, quem refert & sequitur Fagnanus ad Cap. EX PARTE *De Clericis non resfd. Num. 85.* docet, distinctione opus esse, ut resolvatur, an negotio utili Ecclesie aut Reipublice sicut legitima causa non residentia Episcopalis; utrum nimis, negotium universalis Ecclesie sit necessario exigens Episcopum, vel non: nam si negotium necessario exigit Episcopum, utire ad Concilium generale, vel Synodum Provinciale, que etiam se habet ad Ecclesiam Episcopalem ut totum ad comparet; constat, quod rationabilis est absentia: sed si negotium universalis Ecclesie non necessario exigit Episcopum, puta quia persona Episcopi habet officium, quo oportet ipsum universalis Ecclesie servitio perpetuo personaliter Romæ deservire, v.g. est Secularis Sedis Apostolicae, vel Auditor Rote, aut hujusmodi: non ex hoc excusatur absentia quod Deum.... Et quia servit a quædam, utire ad Synodum, sunt manifeste in articulo necessitas Ecclesie universalis, vel provincialis, servititia autem que Romæ in hujusmodi officiis exhibentur, nullatenus committere exigunt, ut Episcopi incumbant talibus officiis, sed sunt tales in Ecclesia Dei, vel eo absente, Suffraganeo antiquiori resideante, qui idem Metropolitanus absentiam probare debebit, in scriptis esse pro-